



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 85. Quidam Gerberoni libellus ab Episcopis proscriptus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII „magna ex parte Christianis moribus
A. C. 1678. „conspicuus agnoscitur.,

„Mihi certe sufficit causæ iustitiæ
 „diu discussa, & evidenter patefacta
 „quodque plurimas vires addit sanctæ
 „Sedis (cui semper & vivens, & moriens
 „adhærere cupio) iudicio comprobata,
 „ut ex literis Apostolicis ad Regem
 „Christianissimum didici, quorum exemplar
 „Gallico sermone conscriptum Parisiis huc
 „usque transmissum est; sufficit inquam
 „Beatissime Pater, ut omnia impendam, &
 „ipse super impendar, si Deus optimus
 „Maximus, sicut desiderium suggessit, ita
 „vires subministret, idque Vestra Sanctitas
 „suis precibus impetret.,

„Dabit Beatissime Pater veniam
 „Sanctitas Vestra, si res tanti momenti,
 „cuique aliunde remedium, quam a Sanctissima
 „sede non possit adhiberi, breviori epistola
 „non potuit exponi.,

§. LXXXV.

Quidam Gerberoni libellus ab Episcopis proscriptus.

*Argentre
 Coll. Jud.
 part. 3.
 fol. 345.*

Anno priori Gabriel Gerberon Benedictinus ex Congregatione S. Mauri sub ementito nomine F. Flori a Sancta fide Leodiensibus literis libellum excudit

cudi curavit, sub hoc titulo: *Speculum Sæc. XVII. Christianæ pietatis, in quo connexio ac A.C. 1678. fædus Catholicarum veritatum de Prædesti- natione & Divina gratia cum creaturæ li- bertate unacum reflexionibus moralibus per-* *Le Cerf Bibl. Hist. pag. 163.* penditur: cum autem Hieronymus Grimaldus Cardinalis & Archiepiscopus Aquensis, necnon Carolus Mauritius Tellier Rhemenfis Archiopiscopus, atque Episcopus Gratianopolitanus in hoc libello Jansenianos vapores olfescisse crederent, die decima tertia Januarii hoc speculum censuris afflarunt: Verum Pater Gerberon suas doctrinas vindicaturus, binas literas ad præfatos Præsules dedit, ac librum inscriptum: *Speculum sine macula* edidit, ipse etiam Tournerius horum censuras libro, cui titulus: *collisio duarum clavium*, refellens, ostendere nitebatur, quod errores Gerberono imputati purissimis Christianæ Religionis veritatibus & firmissimis fidei principiis haud absoni sint: saltem nunquam hic libellus Indici Romano librorum prohibitorum insertus fuit.

§. LXXXVI.

*Patriarchatus Constantinopolitanus
frequenti vicissitudine turbatus.*

Habe-